

dines civitatis, ubi clarum est cum ad presens cum omni natione vel in pace vel sub indutiis simus, illasque presertim quas non parvo studio ac labore superioribus diebus cum serenissimo domino Castelle Aragonum rege confecimus. Quas servare omnino stat nobis animus, nec pati quod per vos aut vestros vel ex vobis aut vestris aliquid egrediatur quod indutias illas perturbet; requisiverimusque per litteras, per nuntios et demum per egregium Johannem Garronum commissarium nostrum magnificum dominum Augustinum de Campofregoso, cujus ordine ac suffragio et ope armate sunt vel armantur, ut exarmari faceret statim illas triremes nec ulterius eas aut alias armare contra voluntatem nostram, protestatique sumus ei de omni damno nostro et interesse ac de inobedientia, idemque fecimus magnifico domino Ludovico ejus patri qui apud vos nomine nostro regit. In quo demum cum nichil profecerimus, decrevimus has specialiter ad vos destinare significareque vobis quantum res hec displiceat nobis et civitati. Monentes vos rursus ac vobis jubentes sub indignationis nostre ac contumacie et rebellionis pena, privationisque omnium privilegiorum, immunitatum ac gratiarum quodcumque vobis et illi communitati concessarum, ac solvendi omne damnum et interesse quodcumque trirremes ipse dederint nobis ac civitati dirrecte vel per indirrectum aut alicui ianuensi vel externo cujuscumque nationis, quod a vobis exigetur repeteturque quotiescumque casus accideret, non obmotis aliis penis in quas ob hanc causam incidistis. Quatenus cum effectu operam detis quod ab armamento illarum trirremium statim et sine mora desistatur, et que armate sunt exarmentur. Quod non prohibuistis cum prohibere potuistis ac debuistis? De quarum presentatione fidem dabimus nuntio nostro de tar-chieta presentium latori, presentibus registratis in actis cancellarie nostre. Data Janue die VIII mai MCCCCLXXX.

III.

(1480, 8 maggio)

Baptista etc. Consilium etc. et Officium Balie etc. egregio viro nobis carissimo Johanni Garrono commissario nostro Spedie.

Egregie vir nobis carissime. . . . Havemo inteixo la risposta del magnifico messer Augustino, lo quale non ne satisfa da grande via e despia-xerne assai che ello non considerare quanto inconveniente po seguire de quelle galee et quanto è debito nostro farghe ogni remedio lo quale sia possibile, et si vorressemo havessi seguito lo congregare de quelli homini como era lordine nostro, et se bene lo magnifico meser Augustino mo-

strava non lodarlo dovevate piu tosto seguire la commissiun nostra cha daltri, che non dubitemo seria remasto paciente, et cossi volemo che voi temptiate de novo et seguiate quanto ve havemo commisso; et pure se non lo permete ve mandemo doe alligate cum questa patente, delle quali luna farete presentare ali Antiani o a quella parte de homini li quali voi trovereti, et quando questo non podessi fare facte che lo targeta la meta cum uno poco de cera a la columna de la corte et una altra ala porta de la terra, per modo che o aluno modo o alaltro quelli homini habiano noticia de questo caxo del quale ghe po seguire piu inconveniente che ad alcuno altro; et appresso fareti che lo targieta appresente una altra nostra de noi Duxe proprio patente alo magnifico meser Augustino, la quale ghe avemo dato perchè volemo da ogni parte essere honestadi cum ognuno. Data Janue die VIII mai MCCCCLXXX. Et factio questo ve ne podeti vegnire.

IV.

(1480, 8 maggio)

Baptista etc. et Officium Balie etc. domino Francischo Marchesio oratori apud Neapolim.

. Cum jam pluribus diebus elapsis audiremus armari Spedie per magnificum dominum Augustinum de Campofregoso duas trirremes, conati sumus pluribus litteris, nuntiis ac demum per unum Commissarium nostrum revocari eum ab hoc incepto: suasimusque ei, monuimus eum, demum jussimus usque ad ingentem protestationem ut exarmaret, intelligentes eas nichil nisi mala facere quocumque eant posse, et hoc tempore presertim quo cum omni natione ad presens vel in pace vel sub indutiis vivimus: hoc idem requisivimus a magnifico domino Ludovico ejus patri, cui in Senatu eadem requisitio ac protestacio solemniter facta est: videntes nichil proficere duximus necesse fore ut hec res ad noticiam Regie Majestatis perveniat; in cujus potestate non ambigimus esse rei huic providendi, et eo magis quo ipse dominus Augustinus palam dicit id se non sine noticia ac ordine Sue Majestatis id facere. Adeo ut causa hec non sit levis non parvi facienda ostendendique Regie Majestati quantum mali quantumque discriminis res hec afferri posset. Quam etsi certi simus nos probaturam quod hec fiant, imo et provisuram omnibus modis ne fiat, propterea quod res hec trahere post se non parva discriminia posse. . .
Data Janue die VIII maj MCCCCLXXX.

V.

(1480, 18 maggio)

Baptista etc. et Consilium etc. domino Francisco Marchexio et domino Francisco Pannolo oratoribus Rome et Neapoli.

. Due trirremes armate una sub Jeronimo de Montenigro per medium Reverendi domini Ibleti, altera Spedie sub Paulo Baptista de Campofregoso per medium domini Augustini, inconsultis nobis, imo preter omnem consensum cum ad utrumque ostenderimus quantum ea res molesta nobis et toti civitati fuerit, ad piraticam egressae sunt, jamque a preda nostrorum initium sumpsere; nec dubitamus quin omnia mala facturae sunt, adeo quod ad protestationem solemnem contra magnificum dominum Ludovicum et dominum Augustinum verbo et scripto deveniri oportuit. . .
Data Janue die XVIII maij MCCCCLXXX.

VI.

(1480, 18 maggio)

Illustris comes frater et amice noster carissime (1). Perchè Vestra Excellentia habia noticia de le cose occorrente . . . in lo nostro paese, era armata una galea soto Jeronimo da Montenigro nostro cittadino cum la segurtà como se costuma, lo quale non ha voludo dexarmare non obstante nostri comandamenti, et se conxiuncta cum una altra galea armata ala Spexa soto Paulo Baptista da Campofregoso et alcune fuste de Monigo et partite a fine de fare quello male che per loro se poterà, et già hano comenciado da li nostri medesimi et altri . . . Data Janue die VIII maij MCCCCLXXX.

Baptista etc. et Consilium etc.

DUE NUOVI CARTOGRAFI
DELLA FAMIGLIA MAGGIOLO

All' Egregio Signore Cav. Avv. Cornelio Desimoni.

Genova, 11 maggio 1875.

Eccole un documento che ci offre il nome di due nuovi cartografi, Cornelio e Nicolò padre e figlio Maggiolo, nipote

(1) Il conte Girolamo Riario.

e pronipote del nostro Visconte seniore, figlio di Giacomo. Con ciò non solo acquista una nuova prova l'albero della discendenza di questa famiglia, ma si porta sino al 1644 data del documento; e poichè vi si accenna a due figli del Nicolò da avviarsi nella pratica dell'avita professione, si può ragionevolmente supporre che la stessa sia continuata nella loro famiglia ancora per qualche tempo.

Gradisca i miei saluti e mi creda

Di Lei Dev.^{mo}
M. STAGLIENO.

DOCUMENTO

† 1644 die XI aprilis.

Ser.^{mi} et Ecc.^{mi} Signori

Nicolò Maggiolo come esperto et pratico nella professione di frabricare le carte del navigare, e come successore di Cornelio suo padre, Gio. Antonio suo avo, Giacomo fratello di detto Gio. Antonio, et Vesconte suo bisavo, a quali per particolar lode della loro virtù et a ognuno di di loro fu assegnato annuo stipendio di lire cento con obligarsi verso la Camera Ill.^{ma} di servire in beneficio di questa Ser.^{ma} Repubblica, et essendo venute persone forestiere che senza esser approvati in tal mestiere ardiscono di vendere e frabricare carte da navigare, bussole, ampolette con grandissimo detrimento di esso Nicolò suplicante approvato e privilegiato, pertanto ricorre a piedi di VV. SS. Ser.^{me} suplicandole che vogliano ordinare che niuno ardischi eccetto esso suppicante approvato e privilegiato frabricare carte di navigare, bussole et ampolette ne acomodarle, sotto le pene etc. Il che restando in grandissimo utile a beneficio de naviganti, spera dalle VV. SS. Ser.^{me} restar compiaciuto, e tanto più che havendo esso Nicola due figli maschi, exposti non sono per mancare in alcun tempo pratici e periti in detto mestiero di sua casa, et quello fa humilissima reverenza a VV. SS. Ser.^{me}.

Detto Nicolò Maggiolo suppicante.

Ser.^{mi} Conservatores Maris videant et referant, per Serenissimum Senatium ad calculos (1).

(1) Archivio di Stato, fogliazzo *Diversorum Collegii*, 1644. 1. Nella lettera sopra il Noli ed il Maggiolo inserita a pag. 72 di questo Giornale è occorso alla prima linea un errore che